

Cap. eccl. 818. 819.

22.¹ De raptis vero et de raptoribus, quamquam specialiter decrevissemus, quid pati debeant, qui hoc nefas deinceps facere temptaverint, quid tamen super his sacri canones praecipiant², hic inserendum necessarium duximus; quatenus omnibus pateat, quantum malum sit, et non solum humana, sed etiam divina auctoritate constricti, ut³ abhinc hoc malum caveatur.

24.⁴ De dispensatis puellis et ab aliis raptis ita in concilio Ancyrano . . . legitur . . . Proinde statutum est a sacro conventu, ut raptor publica poenitentia multetur, raptae vero, si sponsus recipere noluerit et ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur; quod si et ipsa consensit, simili sententiae subiaceat. Quod si post haec se iungere praesumpserint, uterque anathematizetur.

23.⁵ De puellis raptis necdum desponsatis ita in concilio Calcidonensi, ubi DCXXX patres adfuerunt⁶, capitulo XXVIII.⁷ habetur: 'Eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conhibentes raptoribus, decrevit sancta synodus, si quidem clerici sunt, decendant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur'. Quibus verbis aperte datur intellegi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt, quando participes et conhibentes tanto anathemate feriuntur, et quod iuxta canonicam auctorita-

Ben.

De raptoribus et raptis virginibus vel viduis.

Si quis alterius sponsam virginem aut viduam necdum⁸ desponsatam⁹ rapuerit . . . , placuit, ut . . . numquam illam uxorem habeat⁹, sed . . . proximis suis alio viro . . . , si ipsa in hoc malum¹⁰ non consenserit, nuptura . . . reddatur. Raptor vero . . . omnesque eis consentientes¹¹ publica poenitentia iuxta¹² canonicam¹² auctoritatem¹² multentur . . . Ipsa namque, quae rapitur, si . . . consenserit, numquam postea nubat, sed publica poenitentia multetur. . .

Et sacri¹³ canones¹³ . . . non solum raptores, sed etiam omnes eorum cooperatores eisque consentientes anathemate feriunt, sicut in Calcidonense concilio, in quo DCXXX patres

1) MG. Capit. I, 278 = Anseg. 1, 97 (l. c. p. 408). 2) 'praecipiant' Ans. 3) 'ut' om. Ans. 4) MG. Capit. I, 279 = Anseg. 1, 99 (l. c. p. 408); Varianten bei Ansegis unbedeutend. 5) MG. Capit. I, 278 = Anseg. 1, 98 (l. c. p. 408). 6) 'fuerunt' Ans. 7) In der Kapitelzahl schwanken die Hss.; die richtige Ziffer wäre 27. 8) Unten c. 23 Cap. eccl. 9) Vgl. zur Sache, nicht zur Form c. 24 i. f., c. 23 i. f. Cap. eccl. 10) Vgl. c. 22. 23 Cap. eccl. 11) Vgl. c. 23. 12) Vgl. c. 23 i. f. 13) Vgl. c. 22 Cap. eccl.